



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

28. Responsio Senatorum. Replica Principis. Qui & iniquum Delegati
proceßum palam probat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1654.

*stico iuxta ac civili ordini universo
major posthac securitas in Urbe praestetur.*

28.

*Respon-
sio Sena-
torum.*

Senatores qui missi erant, cum ab objectis initio criminibus purgare se frustra conniterentur, ipsa scilicet factorum evidentiâ convicti; tandem paratos offerunt se in authores diligenter inquisituros, acturosque, ut dignâ factis animadversione rei plectantur, quique damna intulerint, ad justam adigantur omnium reparationem. Quæ verò necessitatem publicæ quietis spectent, ea nunc Magistratum continendi, coercendique plebem media invenisse, ut sanctè spondere possint, victurum posthac Ecclesiasticum ac civilem ordinem universum, omnis in Urbe periculi securum. At verò *Malingrotium* custodiæ priori restituere Apostolicis se processibus ac brachij sæcularis imploratione adhuc dum impediri.

*Replica
Principis.*

Hos tametsi Princeps, occasione censurarum emanasse, nec ad separatam sectæ postea apprehensionis casum, crimenque perduellionis capitale, cui nec ipse quidem Nuncius immiscere se velit, ullatenus extendi posse, satis superque monstraret; imò verò si (quam hæcenus necdum expertus sit) tam piâ Monasteriensis populus Religionis teneritudine ducatur, uti jam ante sapius, ita denudò contestari, abundè se apud Apostolicam

licam

licam Sedem pro iis responsurum, ne cæcò unius ex *Mallingcrotij* amore, in sui defectum, tam palliatâ veneratione porro abutantur. Cum interim Abligati instructionis ac potestatis defectum obtenderent, hac lege tandem dimissi sunt, ut quid super restituendo *Mallingcrotio* statuerit Senatus, spatio sextidui ad Principem ferant.

Is publicato per hos dies edicto, postquam multis exaggerat iniquitatem *Mockeliani* processûs, ad cætera subjungit, suspectissimum hunc Commissarium nimis temere & audacter, in favorem *Mallingcrotij* hominis privati, subdita civitatis adversus Præsulem & Principem suum, seculare brachium implorasse. *Arctius* etiam postea mandatum, nullâ sibi, nec Procuratori Fisci factâ insinuatione, ad simplicia, nudâq; tantum narrata pari temeritate & audaciâ decrevisse. Quibus stimulata *Mallingcrotij* protervia incautam plebem ad publicos etiam tumultus seduxerit, adeo quidem, ut nisi in tempore, malo tam exitiali occurratur, facile exurgat flamma, que vix postmodum extinguï possit. Cum autem post interpositam ad supremum Pontificis tribunal appellationem Nuncius Apostolicus non solum ulteriorem *Mockelio* processum inhibuerit,

Qui & Iniquum probat *Mockelii* processum.

rit,

1654.

rit, sed omnem pariter à se iurisdictionem abdicarint, testantibus ita documentis publico typo annexis. Eapropter severe interdici subditis omnibus, ne illicitis istiusmodi actibus Mallingcrotio cooperentur, sed ab omni violentiâ & cumprimis sacrilegâ violatione Ecclesiasticarum immunitatum se contineant, Sanctæ Sedis sententiam opperiantur, ac monitis, mandatisque Præsulis sui, quâ decet promptitudine, obedienter acquiescant. Qui secus fecerit, pœnas censurarum, aliâsq; civiles & graves luet. Datum erat Coesfeldiæ XVI. Octob. MDCLIV.

29.
Senato-
res per
epistola
respon-
dent.

Quando jam sextiduum expiraverat, Monasterientes quidem reversi non sunt, sed prolixiorum miserunt epistolam, quâ suam testati rursus innocentiam, post feriam inquisitionem, neminem significant deprehendi potuisse; Mallingcrotium quoque per incolas Urbis aut cives ereptum custodiæ militari negant; Eundem verò restituere priori loco, nullatenus licere per intimatam jam dudum brachij secularis implorationem, cuius vim hactenus sublatam esse necdum legitimè constaret.

Id Prin-
ceps in-
digna-
tus.

Princeps eâ se ludi tergiversatione interpretatus, quasi hominum pleno die, inspectante Urbe propemodum totâ, licenter tumult-